



In diesem Bande fehlen die Schriften Nr 39-41.

21. Sep. 1955.

Luchier.

Nr. Bo. 2.

IESAIAE  
37  
ORATIONEM PROPHETICAM

CAP. LII, 7 - LIII, 12.

EXPLICARE STVDVIT

CAR. GEORG. SCHVSTER.

---

GOTTINGAE

LITTERIS IOANNIS GEORGII ROSENBUSCH, ACAD. TYPOGRAPHH.  
MDCCXCIV.

PSALM

ORATIONEM PROPHETICAM

CAR. GEORG SCHÄFER

EDITIONES SEU ADDITAE

CAR. GEORG SCHÄFER

GOTTINAE

LIBERUS IOANNES GEORGII ROSENBAECHI ADAP. THOMAS

MDCCLXVIA

## ARGUMENTUM.

**H**ebraeorum, quos potissimum inde a cap. XL. Propheta alloquitur, duplex est genus: alterum nempe eorum, qui, cum exteris regionis solo, multum temporis ibi morantes, iam adfuerint, a patribus eorumque moribus ac religionibus sub adventum Cyri ita degeneraverant, ut in luxuriosam et idololatricam barbararum gentium vitam penitus vergerent, nec amplius, in peregrina terra fundis opibusque gaudentes, ullo patriae caritatis ac desiderii vinculo tenerentur. Et hi sunt, quos nunc occulte nunc aperte adfatur et carpit c. XL, 12-31. XLI, 21-30. XLII, 17-25. XLIII, 22-28. XLIV, 6-28. XLV, 15-24. XLVI, 1-13. XLVIII, 1-22. L, 6-9. II. LV, 1-13. (Oracula, quae insequuntur librumque concludunt, natura interna atque indole, sententiis earumque tractatione, stylo ac dictione poetica ab his, in quibus versamur, tantopere, in me fallunt omnia, abeunt ac differunt, ut, si quid divinare licet, rebus temporibusque mutatis serius ocyus composita atque prolata videantur). Alterum vero genus est eorum, qui, vel quod propter commorationis breve tempus pristinam sentiendi agendique rationem nondum deseruerant, vel quod propter insuflam fortis suas tenues parum auxerant, vel quod in eorum animis vetus de religionibus persuasio altiores egerat radices, nullo modo eo adduci potuerant, ut maiorum communia et antiqua iura migrarent, et patrios fines patriamque rem publicam fastidirent. Attamen etiam his aliquid inhaerebat, quod Propheta iure serioque reprehenderet. Namque primo nimis anxie dubitabant, an vetustioris aevi scelera iam omni ex parte essent expiata et an Iehovae benevolentia ac vis iterum esset tanta, ut promissis olim datis nunc flare vellet ac posset. Deinde

valde timebant, ne ipsis antiquas Palæstinae sedes repetentibus  
 a vicinis multumque infensis populis grande periculum immine-  
 ret, adeoque hac et alia temporum fatorumque iniuitate colo-  
 nia deductæ sub ipsa rerum suarum primordia peritura esset.  
 (Huc pertinet exhortatio tam saepe repetita אָלְתִּחְכְּלָמִי etc. Quem utrumque scrupulum meticuloſis Iudeorum animis et  
 pusillis ut eximat, eosque ad profecitionem fuscipiendam alacriores  
 intentioresque reddat, uti multis aliis (c. XL, 1-11. XLI, 8-20.  
 XLII, 1-16. XLIII, 1-21. XLIV, 1-5. XLIX, 7-26.  
 L, 1-3. 10. LI, 1-3. 4-23. LII, 1-6. LIV, 1-17.) sic hoc  
 quoque carmine (c. LII. 7-LIII. 12.), ad quod accuratius in-  
 spiciendum accedimus, studet atque allaborat.

Propheta nempe, cum ad editium Cyri de restituenda He-  
 braeorum republica laetum advertisset animum, spiritu divino  
 adflatus suos, ut hac opportunitate sine mora utantur, summo-  
 pere roget et exhortatur. Qua in re ut felicius progrederiatur,  
 egregio apteque composito prooemio celebrat omnino suavitatem  
 et magnitudinem huius beneficii, in quo tribuendo provida  
 ac praevalida lehovae vis fortiter sese exseruerit c. LII, 7-10.  
 Quibus ad expectationem spemque excitandam et ad fiduciam  
 corroborandam praemissis, totius orationis consilium proponit  
 instigans populares, ut lehova sic volente, dirigente et adiu-  
 vante, alacres parent redditum in patriam v. 11. 12. Quo  
 promtores autem ad hoc iter instituendum sint, quoque altius  
 illud dubium de favore divino recuperato extirpetur, ipsum le-  
 hovam facit placide loquentem (haud sine quodam poeniten-  
 tiae atque commiserationis sensu), et prosperrima quaeque  
 promittentem v. 13-15. Simul vero his scite viam sibi munit  
 ad belli cum populis Palæstinam vel occupantibus vel circum-  
 sedentibus forsan gerendi metum, qui alter erat scrupulus, re-  
 movendum. Quem ut plane tollat, sperat et promittit, nunc  
 fore id, quod omnes antiquitatis vates de profanarum Hebrae-  
 isque inimicarum nationum moribus et religionibus olim  
 cecinerint ac scriptum reliquerint. Qua in re exponenda arti-  
 ficio

ficio haud vulgari utens has ipsas gentes, se nunc demum, perspicentes quam verus, sapiens ac praepotens sit Deus Hebraeorum pervenire εἰς επιγνωσίην αληθείας, fateri iubet c. LIII, 1. Ut autem Hebraeis de hac emendata atque illustrata mente, ac de earum odio in amicitiam verso firmius persuasum fit, eae, iussu Prophetae, Hebraeorum a patria exsulantium miserrimam conditionem suamque pristini temporis erro-neam, malevolam et iniuriosam sentiendi rationem, flebili voce deplorare pergunta, v. 2-4. Iam vero, inquiunt, accurate videre licet, in Hebraeo tam gravibus suppliciis fere ad internacionem usque adficiendo Iehovae sapientissimum fuisse consilium, ut hic unus nostrum omnium vitam scelestē ac nefarie aetātē expiatet atque novae salutis insignis lauctor existeret v. 4-10. Cum igitur Propheta hac ratione nodum feliciter expediisset, ac timidos inquietosque Iudeorum animos optime placasset, in epilogo, ut his dictis gravius esset pondus, rursus Iehovam inducit illa adfirmantem et uberiorū declaran-tē, suum omnino fuisse consilium, ut hic unus populus suo exemplo suaque doctrina multos alios emendarēt ac so-spitaret; id quod causae foret, cur hi illum non amplius sint infestaturi et hostiliter tractaturi, sed patronum ac ducem pace, cultu et obsequio prosecuturi v. II. 12.

Hinc patet, auctorem a scopo suscitandi suos ad patriam absque omni metu repetendam, minime aberrasse, adeoque hanc eius orationem propheticam omnibus partibus esse absolutam. Caeterum de auctore eiusque aetate sat erit monuisse, nos, cum ipse rebus, de quibus agat, interesse velit, eius voluntati non repugnare. Neque profecto hic, ubi ne locus quidem est, hac de re, quae altioris est indaginis atque ingenii, plura differere satagit animus; quippe quod interpretem, historicum magis quam criticum, multum iuvet, auctorem talem habere, qualis ipse videri velit.

Locus autem, in quo egit et cui adaptavit hanc suam orationem, mea quidem sententia, alias esse nequit, nisi ille, in quo ipse cum magna exsulum Hebraeorum parte degebatur.

# IESAIAE

Cap. LII, 7 - LIII, 12.

כֹּהֵן נָאָר עַל־הַהְרוּם רְנִילִי מַבְשֵׂר מַשְׁפִּיט שְׁלוֹט מַכְשֵׂר  
Cap. LII, 7.  
טוֹב מִשְׁמִיעַ יְשׁוּעָה אָמַר לִצְיוֹן מֶלֶךְ אֱלֹהִיךְ: קֹל פְּזִיר כְּשָׂאוֹ  
קָרְל

Cap. LII, v. 7. Scena sic fere instruenda: Nuntius edictum Cyri de restituenda Hebracorum republi-  
cā allaturus expectatur; specula-  
tores, qui eius adventum urbi eiusque viciniae extemplo indicent, per  
tūres collesque sunt dispositi —  
tandem ex his, qui hac parte col-  
locatus erat, accelerantem nuntium  
procūl conspicatus eum adesse pro-  
clamat; alter alterius vocem excipi-  
pit; tota civitas ad portam proruit;  
ibique Propheta ardentissimi voti  
compos factus propterea que mente  
divinitus excitatus circumfusam  
multitudinem eorum, qui cum eo  
faciebant, in hunc modum alloqui-  
tur: *O gratum exoptatumque praecōnem etc.* Sed tanto perfusus erat  
gaudio, ut oratio sponte flueret,  
verbaque verbis cumularentur.

מה — מַבְשֵׂר est locutio elliptica,  
hoc fere modo explenda: מה נָאָר  
רְנִילִי מַבְשֵׂר אשר חַש עַל־הַהְרוּם  
— επιτων ορεων vel specialiter dictum pro generaliori: מַמְרָחָק seu  
מַמְרָחָק; vel urbs, auctoris fedes  
(forsan in Mesopotamia superiori  
quam Chaborae fluctus alluunt), erat  
circumsessa vicinis collibus, per  
quos semita ducebat, et in quibus re-  
gius nuntius habuerat stationem, ut  
immo erat, antequam Cyrus equorum  
stationes (Ιππωνας) disposuerat. Xe-  
noph. Cyrop. VIII, 6, 9. — pars  
agens pro ipso agente, ut Ies. III,  
8. Nahum, II, 1. etc. מַבְשֵׂר me-  
tonymice: *nuntius* pro *eo*, *quod*  
*secum fert, quod miniat*. Vulgare  
erat: מַדְבֵּר נָאָר דְּבָרִי מַבְשֵׂר  
אמר — הַוּרְדָּר מַרְאֵשִׁי הַהְרוּם  
לִצְיוֹן. Praeco regius, quae sibi  
deman.

# IESIAE

Cap. LII, 7 - LIII, 12.

O wie erwünscht! dort vom Gebirg' ein Bote!  
Erfreulich, trostreich, wonnevoll ist seine Kunde,  
Sein Heroldsruf an Zions Volk:  
Es nahm dein Gott den Scepter wieder!

Cap.  
LII, 7.

Schon

demandata erant, palam proclama-  
bat. Quocum consentit Ester I, 1.  
**כִּרְשׁוֹ וַעֲבָרְ קֹוֶל בְּכָל מִמְּלֹכְתֵּי**  
— **לִצְׁנֵן** meton: locus pro re in  
loco (v. Storr Observ. ad anal. et  
syntax. Hebr. p. 18.) unde **צִוֵּן** est  
i. q. **וַיְשִׁבֵּן** pro generaliori:  
**בֵּית יְהוָה**, **בְּנֵי יִשְׂרָאֵל**. Sed  
vox Sionis suavior erat menti au-  
ctoris, eique dulcem patriae, cuius  
revisandae desiderio tam vehemen-  
ter flagrabat, recordationem adse-  
rebatur. Sic et Ies. LXII, 11.  
**בַּת צִוֵּן** de exsulibus. — **מֶלֶךְ אֶלְחִיךְ**.  
Iehova comparatur regi, qui tam-  
diu, quamdiu Hebrei aliorum im-  
perio subiecti erant, sponte quasi

regno se abdicarit, nunc autem re-  
gnum suum repeatet. **מֶלֶךְ** non  
modo: *regnare, in regno esse; ve-*  
*rum etiam: incipere regnare, re-*  
*gnum capessere, αρχην παραλαμ-*  
*βεσειν* uti docent plures loci e. g.  
2 Chron. XXVIII, 1. 2 Reg. IX, 13.  
Nempe per eam synecdochen, de  
qua scripsit Storr l. l. p. 8. 9. “Ver-  
„ba rem, quae ad longius tempus  
„durat, totam indicantia, de parte  
„quoque totius status usurpantur.”  
Sic et ar. **אֶלְעָזָר** I. possedit et V.  
*in possessionem suam rededit*; et Syr.  
**אֶלְעָזָר** Aph. *regno potitus est*;  
v. Assen. Bibl. Or. in Chron. Edess.  
XXVII, et h. l. Sensus: iam de-  
nuo

**קוֹל יְהֻדָּו וְרַכְבָּו כִּי עַז בֵּין וְרָאוּ בְשׁוֹבְּ יְהוּדָה צִוָּה:** פֶּתַחְוּ רַכְבָּו  
וְיְהֻדָּו

nuo licet vos vivere secundum omnes leges a Iehova vobis datas, s. vestra constitutione uti, *αυτονομίας ενεργείας* uti Ief. XXIV, 23. XXXIII, 22.

V. 8. Speculatores, quibus Propheta ac Iudeorum principes de Cyri benigna voluntate iam dudum edocti, stationes inde ab ipsorum urbe, huius provincia fortasse primaria, continua serie per omnem viciniam haud dubie adsignaverant, flatim signo dato alii aliis vel vocis acclamatione vel certo tubarum clangore significabant, regium adesse nuntium, perque eum Hebraicis facultatem in patriam revertendi datum. Quae si fingamus, facile intelligitur, quo iure Propheta de horum speculatorum modo exaudita voce tantopere lactari posset, quippe quorum opera nuntii allati fama per omniem exiret terrain, et Hebraeorum optimus quisque ad proficiscendum evocaretur. Prae aliis nostro loco adfinis est Ief. XLVIII, 20. 21. **פָּאָר מִכְּבָּר הַשְׁמִינִי שְׂדֵה קְפָרָה דָּאָרָעַ**. Forisitan etiam e re nostra est referre, quod apud Ioseph. Antiquit. XI, §. de ea, quod eadem in re seniori tamen tempore factum est, scriptum legimus: Esram, auctoritate Artaxerxis Longimani (quem plerique intelligunt) exemplaria edicti re-

gii per totam Medium, Chaldaeam et Assyriam ad omnes et Israelitas et Iudeos dimisiſſe. Iam vero, ut ad Nostrum redeamus, non dubito, quin prius membrum sit *צְבָאָסְטָאָרָאָזָוָן*

**קוֹל צְפָךְ!**  
**כְּשָׁאוּ קוֹל**  
**וְיְהֻדָּו יְרַכְבָּו**

Etenim hae breves et abruptae voices auctorem commotum gaudiique plenum quam maxime decent. Primo *στριχός* adsingendum est aut: **בְּשָׁמָעָ שְׁמָעָתִי** aut: **בְּשָׁמָעָ 3.** ut sit versio:

Horch! deiner Wächter Stimme!  
Ha! wie so laut sie jubeln!  
Einander froh zuauchzen etc.  
Nescio tamen, an sensus optativus praferatur. **כִּי — יְרָאֵו** vel: *quoniam vident,* ὅτι *οὐρταῖ* vel: *quod videant;* ita ut haec verba continent id, quod auctior caeteris per nuntios declarari velit. Eadem vi gaudet *בְּשָׁמָעָ 2 Sam. XVIII, 19.* — **כִּי** *בֵּין hisce suis oculis,* augenscheinlich; certissime, haud fallaciter. **בְּשָׁבָב** vel infinitivus mōre vetustu gerit nominis vices (v. Glass, Dath. p. 292): *Se videre cum voluptate το redire Iehovae Sionem;* vel est *μεταθέσις* verborum, pro: **יְרָאֵו** *דָּרָה בְּשָׁבָב* *כִּי se videre Iehovan in redeundo Sionem.* Sed cum huic interpretationi officiat, quod **הַ** *locale desit (פְּיוֹתָה), satius erit*

Schon hör' ich deiner Wächter Stimme — 8.  
 O möchten sie's doch laut verkünden!  
 Mit Jubelton fortjauchzen:  
 „Die Zioniten heimzuführen,  
 „Sey sichtbar itzt Jehova's Thun.”  
 Frolokket, tönt in's allgemeine Jubeln ein,  
 Ihr Trümmer von Jerusalem! 9.

## Denn

**תְּוַיִּשׁ** tribuere notionem transitivam: *reducere*, sicuti est in loco parallelo Ps. CXXVI, 1. **בְּשׁוֹבֵת יְהוָה אֶת־שִׁבְתָּה צִוָּת** 7. nec aliter Syr. **كَمْ تَرْجِعُ إِلَيْهِ مَنْ يَرْجِعُ إِلَيْكُمْ** dum reddit Dominus Sionem. Iehovae nempe et hoc et sequentibus versibus imperatoris officia iniunguntur; quae quidem θεοφανία poëtice facta est symbolum auxilii a Deo certissime sperandi cf. Neues theolog. Journal v. Hänlein und Ammon Vol. II. P. I. p. 13. sq. Ut autem haec fictio hebraea nostrae cogitandi rationi magis adaptetur, ante יְהוָה דְּמֹת, hoc sensu: Schon sey's, als ob sie deutlich sähen, wie Iehova u. f. sic Ies. XIII, 4. Atque ita, velo paullulum reiecto, nuda extat sententia: Magnam partem Hebraeorum iam in eo esse, ut sub auspiciis Iehovae iter, ad quod eius πρέγονος tam insigniter invitet, sine mora ingrediantur.

V. 9. Propheta, patriae amantissimus, cum Sionis mentionem fecisset, in ideis ei adfixis non potest non immorari; quippe quod hoc nomen eius animo dulci spe ebrio suggerat suavissimam imaginem Hierofolymorum redivivorum, cimumque in iis hilariter obstrepentium et benignitatem Dei grata mente concelebrantium v. Esr. III, 3-13. et VI, 16. IV, 12. 21. Hagg. I, 4. accedat Prideaux histoire des Juifs etc. t. II, p. 21. sq. Sententia vero hoc commate exornata non primi ordinis, sed est secundaria et παρερθετικη, quae ab altera furtivam quasi originem ducens Poetae inter dicendum sponte subnascitur. Namque animi motus, accidente phantasia, eum magis magisque effert, ita ut abhinc os poëtae maiora sonet, et ipsam urbem vastatam disiectaque rudera alloquatur horteturque, ut omnium jubilantium concentui suas quoque immisceant voces. Priscorum enim hominum erat, uti caeteris rebus inani.

חֶרְוּ חָבוֹת יוֹשָׁלֵם כִּי נַחַם וְהָרָה עָמָנוּ גָּאֵל יוֹשָׁלֵם: חֲשִׁיף  
יְהוָה

inanimatae naturae, sic etiam urbis  
earumque ruinis ac lapidibus,  
tribuere vitam. (Huc olim tra-  
hebant I Chron. XI, 8. et Nehem.  
III, 34. חִירָה אֶת־הַאֲבָנִים —  
αναγλωνειν, ανα-  
χωγεων, αναβιωσεσθαι (ιεροθαι  
LXX. c. IV, 2) in vitam revocare,  
excitare lapides e ruderibus pulvere  
dilapsi. Sed hodie scimus, vim  
primitivam του οντης esse: compin-  
gere coll. arab. خَوْيٍ firmus, com-  
pactus v. Simonis Lexic. hebr. et  
chald. recens. Eichhorn 1793. et  
Arnoldi zur Kritik u. Exeg. des A.  
T. erst. Beytr. p. 115.) Deinde his  
viva natura perfonaque iam indutis  
sensus quoque et affectus humanos  
viresque tribuebant. Sic in illo  
Graecorum mytho

Dicitus et Amphion, Thebanae  
conditor arcis,  
Saxa movere sono testudinis? Hor.  
ep. ad Pil. v. 394. et Carm. III, 11,  
2. Sic Ief. XIV, 31. הַלְוִי שְׁרֵךְ עַקְרִיב  
אָבִן מָקִיר עַקְרִיב שָׂרֵךְ. Et quid commemorem alia  
innumeræ exempla huius generis  
profopopociae et apostrophes in sa-  
cris pariter atque profanis et in pr.  
bucolicis poëtis obvia? v. Glassius  
Dathian. p. 1012 et 1358. Rosen-  
müller Schol. in V. T. T. III, p.  
319 sq. — חָבוֹת יוֹשָׁלֵם — orna-  
tius dictum pro: שָׁעַ בְּסֻרְבָּה;

XXVI, 19. In voce יְרוּשָׁלָם est  
αντανακλαστικæ species, sc. πλούτη  
etenim nunc designatur ipsa urbs,  
nunc eius incolae, qui sunt h. l.  
Hebrei generatim; sicuti ιερόν v.  
8. — Ornato poëtico ita dissolu-  
to, sententia est: O rem praeclara-  
ram! certe nunc adest tempus, quo  
Hierosolymorum urbs restaurabit-  
ur, siquidem eius cives nutu divi-  
no auxilioque iam nauci sunt libe-  
ratatem.

V. 10. Poëta, postquam in pa-  
trias oras paullulum prospexit, ad  
propiora et ad rem sibi propositam  
lumina reflectit testaturque, tantum  
abesse, ut haec omnia casu fortui-  
to eveniant, ut ab omnibus regi-  
men ac moderamen divinum primo  
aspectu possit animadverti. Quam  
sententiam ut sensibus oculisque ob-  
siceret, solenni grandique figura  
usus est. Sifit εν εὐορὶ Iehovam  
ανθρωπομορφον, immanni stature  
cunctis terrarum incolis conspicien-  
dum, herois instar strictum gladium  
manu tenentem, et regis ducisque  
more populum suum praeceuntem  
cf. v. 8 et 12. Haud aliter Iehova  
ανθρωπονος incedit et agit Ief.  
XXXIV, 5. 6. XL, 10. XLII, 13.  
וְיְהוָה כָּבֹור יִפְאַת וְגַם  
cu-  
ius quidem imaginis primæ lineæ  
iam adsunt in iis locis, ubi Iehovae  
tribuitur זְרוּעַ נְטוּחוֹת, יְהִי קָדְשָׁה  
Num.

Denn seinem Volke will Jehova wieder wohl,  
Macht es zur freyen Nation;  
Hält hoch empor den mächt'gen Heldenarm 10.

## Zum

Num. XI, 23. Deut. VII, 19. etc. — כְּפָה זֶרַע קְשָׁה denudavit brachium; consequens pro antecedenti: נִמְלֵא מִן הַבְּרָאָה exseruit, porrexit, elevavit manum ad illustre virium suarum specimen edendum. Namque Orientalium ampla laxaque vestis, extenta sursumque erecta manu, facile reiciebatur, ut nudum exiret brachium. (Arabes ac praeципue eorum principes, tunicarum fluentiam manicas solutas easque longissimas, ut humi serpant, hodieum amare ter quaterque testatur d'Arvieux T. III. p. 8. 12. 287. v. et Wood, The Ruins of Balbec Tab. IX. XII. XXI.) In primis autem militi erat laudi, uti veste distincta nomine εξωμιδος, quae quidem, ut Suidae verbis utar, σημανει χιτωνα ελευθεριον ουκ επισκεπταζοντα τους βραχιονας, ευτελη. Tali brevi et substricta tunica circa humeros desinente induitus homo dicitur Hebraeis γιλֹק (nisi potius est: extraclusus, leditus in militiam) et Aquilae Ies. XV, 4. εξωμος brachiis ad humeros usque nudatus, ad rem gerendam accinctus ac paratus. Contra vero convitius petebatur is, qui in castris vestitus erat tunica, quam Iosephus appellat χειροδεστον i. e. quae

χειροδεσμον, manicas habet; alias dicta χειριδωτος χιτων cf. Virg. Aen. IX, 616. ibique Heyne, et Rosenmüll. ad Ies. XV, 4. Quapropter si Poeta per αθεωπονοιαν dicit, Iehovam denudatum atque expeditum habere brachium, exornat imaginem fortissimi herois, qui pugnae aptus atque intentus elata manu vibrat ensim. Prosaicum erat: Ideum paratumque ad auxilium servandum Ichova se praefat. Sed Noster quam graphicē! — Voci γιρα praeter notionem vis ac roboris. כח קדרת, ש, ש, 2 Reg. XVII, 36. etiam inesse notionem auxilii, probat analogia arabici لَدْلَق brachium; socius, adiutor a rad. لَدْلَق III. adiuvit, opem tulit Gol. Lex. 1595. Coran. XVIII, 49. Deinde extat et locus ap. Ies. IX, 19, ubi γιρα respondet τροπη in loco parallelo Ier. XIX, 9. nec aliter Ies. XXXIII, 2. Denique in nostro versu ei accinit posterioris membra ישותה 1) liberatio, salutis restitutio 2) causa salutis reparatae: auxilium et victoria 3) causa huius: vis auxiliandi et vincendi Ex. XIV, 13. Ies. XXVI, 1. LIX, 17. et h. l. — שְׁקָד puritas, sanctitas a rad. שְׁקָד pi-

וְהוּא אֶת־זָרוֹעַ קָלַשׁ לְעִנוֹ כֵּל־הָגּוּם וְרָאוּ כֵּל־אֲפֵסִי־אָרֶץ אֶת  
ישועת אליהו:

סֻוּוּ סֻוּוּ צָאוּ מִשְׁכָּן טָמֵא אֶל־הַנְּגָעָה פָּאוּ מִתּוֹכָהּ רַבּוּ נְשָׂאָה

*nus fuit, omnis vitii labisque ex-  
pers, adeoque קָדוֹשׁ de Iehova  
caeteris barbararum gentium diis  
opposito, est: sandifimus, omnium  
maxime venerandus, praefantissimus,  
unicus, sine pari 1 Sam. II, 2. אין  
קדוש כ'יהוה  
Ies. XL, 25. Psalm.  
XCIX, 3. 5. 9. cf. et Michael. ad  
Num. XX, 12. unde subst. est 1)  
praefantia, excellentia, incompara-  
bilis, unicitas (ut loquar cum Scho-  
lasticis) דָּקָא, θεοτόκος כָּבוֹד, חֶדֶר,  
אַוְתָּה maiestas soli Jehovae propria  
(Pf. XCVII, 12. Ezech. XXXIX, 26.  
XXXVI, 20. יְהִלְלוּ אֶת־שָׁמְךָ קָדוֹשִׁי  
me summo atque unice vero  
Deo posthabito alios coluere deos. Ez.  
XXXVIII, 37. הַתְּהִלֵּל תִּזְבְּחֵל  
me summum, potentissi-  
mum atque unicum Deum manifes-  
tabo; cui conforme est illud: אַחֲמָל  
maiestatis meae cu-  
ram habebo, iura meae praepoten-  
tiae ac praefantiae vindicabo Ezech.  
XXXVI, 21.) in genere: comple-  
xus omnium virtutum, quibus Ieho-  
va anteit homines divoque; quarum  
cum in primis conspicua sit vis prae-  
valida in regendis terrarum morta-  
liumque fatis; et sanctitas in distri-  
buendis praemiis pariter atque poe-  
nis infligendis, in specie est 2) דָּקָא*

*vales et τὸν Θεοὺς, τοὺς δὲ, πάθη, τὴν γένερον, vis praevalida, sum-  
ma potentia Pf. LXXVII, 14. et 30)  
έσωσης, sanctitas; quam dicunt  
moralem Pf. LI, 13. LXXXIX, 36.  
Itaque vel ωρού κράσιν  
i. q. גְּדָלָה, חֶזְקָה יְהִי  
Ex. XIV, 31. Ez. XX, 34. brachium praepotens  
i. e. virium atque auxiliū specimen  
insigne; vel solvi potest: זְרוּעַ אֲשֶׁר  
בָּהּ נִקְדַּשׁ אֲפֵסִי τὸν βρα-  
χίονα, εν δὲ ἀγασθησθησταὶ διάξε-  
σθησται dabit auxiliū documentum,  
quo eius maiestas ac praepotentia  
gloriose illustrabitur ac longe lateque  
concelebrabitur. Altera huius com-  
matis pars adest etiam Pf. XCIVIII,  
3. qui quidem totus omnino conf.  
ibi enim eadem fere dictiois et  
imaginum pompa praeparatur ad-  
ventus Iehovae ad iudicium exer-  
cendum de populis terrarum.*

V. 11. Propheta post requiem  
paullo captam ipsos Hebraeos ad-  
fatur cohortaturque, ut, omnibus  
rite praeparatis, haud cunctanter e  
solo profano gressum proferant, san-  
ctamque in patriam dirigant. סְרָרוּ  
— transitus ad hanc propositionem  
hic est: Quae, cum ita sint, rebus  
ab ipso Iehova sic ordinatis, vos  
in hanc occasionem imminete at-  
que

Zum Staunen aller Welt;  
 Vom fernsten Erdenrand schaut man hieher  
 Auf unsers Gottes Siegerskraft.  
 Wohlauf! Herbey! ent sagt dem Heidenwesen!

II.

Aus

que exite etc. מִשְׁמָרֶת ev., illinc,  
*ubi es sis.* Omnes omnino Hebraeos,  
 quocunque in angulo terrarum la-  
 teant, excitat, ut, ad quae Ichova  
 invitaverit, ea alacriter sequantur.  
 Quid obstat, quin credamus, au-  
 etorem id egisse, ut haec oratio literis  
 signata, esset cyclica et ad omnes  
 circumferretur? טַמָּנָה vel neutrum:  
 τοις αναθάγετοις omne, quod impu-  
 rum est, quod polluit; et in specie,  
 aut abstracto pro concreto posito  
 (uti Esr. VI, 21. עֲזֵבָרְאָרְבָּעָה):  
 homines impuri atque profani; vel  
 mascul: τοις αναθάγετοις collective  
 pro: τοις αναθάγετοις ethnicos;  
 ita Syr. نَمَاء مَنْمَاء نَمَاء  
*immundos ne tangatis.* Namque  
 constat inter omnes, voces טַמָּנָה,  
 רְשָׁעִים, רְעִים fuisse solennes, qui-  
 bus Hebrei notarent exteras natio-  
 nes, quas idololatrica eaque scele-  
 sta ac nefaria scortatione quasi con-  
 tamnatas, ideoque ipsis, qui essent  
 עַמְּקָדְשָׁי, קָדְשָׁי abominan-  
 das putabant. Quapropter locutio-  
 nil aliud sibi vult,  
 nisi hoc: Solvite commercium cum  
 profanis! rumpite vincula illicitae  
 consuetudinis ac familiaritatis, quae

inter vos et gentem idololatricam,  
 cui hucusque admixti fuistis, inter-  
 cedit; abhinc enim iterum vos li-  
 cet atque oportet vivere κατα νομον.  
**מִן הָאָרֶץ** מִן הָאָרֶץ seu Baθυ-  
 λαmos. הַבְּנָה eiusdem formae est  
 Ies. I, 16. aut Niph. aut Hithp.  
 pro i. q. הַתְּבִרְוָה Lev. XI,  
 44. I Sam. XXI, 5. *Iustitate, conse-  
 crate vos ad normam leviticam,*  
 nempe ieuniis, precibus, lavatio-  
 nibus etc. Lev. XIV, 8. 9. 47. Nam-  
 que omnes, qui impuritate levitica  
 polluti erant, casta sequi et in iis  
 pernoctare non poterant. Ier. VI, 4.  
 XXI, 7. LI, 27. 28. Ez. XXI, 26.  
 28. Deut. XXIII, 10-15. et Mi-  
 chael. Mof. Recht §. 182. quoniam  
 nempe Iehovam in auxilio ferendo  
 ducisque munere fungendo sibi met  
 ipsis propriem ac praesentem pu-  
 tabant, quem ut ne minima qui-  
 dem impuritate offendenter atque  
 ita rem capitalem evitarent, in sum-  
 mam vertebant religionem. Quo-  
 circa et hic propheta suos admonet,  
 ut hos lustrationum ritus, de qui-  
 bus observandis sine dubio remife-  
 rant,

כשא כלו יהוֹת: כי לא כחפוץ הצאו ובמנוסחה לא תלכו.  
כי-הלא לנצח יהוה ומאספכם אלהי ירושאל:  
הנה

rant, vigilanter exsequerentur inde-  
que certiore spem favoris auxi-  
liique divini haurirent,  
**לבקש**  
**כלו**, uti Esra in  
eadem re versans ait c. VIII, 21. —  
omne, quo utimur, quod usu  
atteritur, *utensilia*; quae quidem  
sunt 1) *vasa*, *σκευη*, *ὑπέλλεξ*. 2)  
*vestimenta*, *habitus*, *κοσμος*, *σχημα*,  
omnis apparatus, qui cuidam  
vitae generi inseruit Zach. XI, 15.  
Pf. LXXI, 22. unde 3) *arma tela-*  
*que et omnis apparatus bellicus mi-*  
*liti necessarius* in Sam.  
XVII, 54. Iud. XVIII, 11. et abso-  
lute *arma* in Sam. XIV, 1. 6. 7.  
XVI, 21. ubi **כשהם** est *armi-*  
*ger*, *satelles*; itaque h. l.  
**כשי ינ'** sunt: *satellites Iehovae*, om-  
nes, qui eius castra sequuntur, illo  
duce stipendia faciunt. Etenim  
eum Iehovae imperatoris,  
shares **צבאיו**, *στρατεύομενοι au-*  
*τον* (sic et Paulus Timotheum in  
ep. II. c. 2, v. 3. appellat *καλον*  
*στρατιωτην Ιησου χρ.*) Nec hoc  
inuria h. l.; nam agmina peregrin-  
antium per deserta Asiae et Afri-  
cae militari ordine, disciplina et  
armatura instructa, aut praesidio  
cohortis militum contra praedones

defensa progrediantur necesse est;  
id quod centies legitur in itinerariis.

V. 12. Ordinario sententiarum  
progressu auctor meminit facti huic  
praesenti ad finis Exod. XII, 31. sq.  
similque fere prius, quam ex ea-  
dem recordatione in aliorum ani-  
mis metus enasceretur, eum (per  
*προλόγψιν*) suffocare studet, dum  
confidenter affirmat, providam Ie-  
hovae curam atque tutelam hoc ip-  
so tempore tam singularem esse at-  
que conspicuam, ut periculorum  
ne suspicioni quidem ullus detur  
locus. — **כי לא וגנו**. Senten-  
tiarum nexus hic est: "Nolite me-  
tuere, ne, uti olim maioribus ve-  
stris ex Aegypto demigrantibus, sic  
nobis hodie quoque propter infesta  
hostium signa undique imminentia,  
tempus atque opportunitas ad om-  
nes res obeuntibus necessarias rite  
praeparandas et ad omnes ritus le-  
ge praeceptos religiose abeundas,  
defutura sit. Minime quidem! nam  
Cyrus, auctore Deo, nobis viam  
ingredientibus indulget; Iehova ip-  
sius itineris socius, dux tutorque  
adest; ac postremo omne belli pe-  
riculum, quod forte nos Palaestri-  
nae fines intrantes terrere posset,  
subito evanescit, dummodo recor-  
demur oraculorum antiquitate san-  
ctorum,

Aus ihrem Land, aus ihrem Kreis hinweg!  
 Es weihe sich, wer dem Panier Jehova's folgen will!  
 Denn euer Aufbruch soll diesmal nicht übereilt,  
 Eu'r Zug nicht furchtsam-flüchtig seyn;  
 Indem Jehova selbst des Heeres Vorderreihen führt,  
 Und Israels Allmächtiger des Zuges End' umschliesst.

12.

„Nun

etorum, quae monent atque praedicunt, hisce temporibus fore, ut hostilis vicinarum gentium multitudine ad saniorem redeat mentem, et nobiscum amicitia ac foedere coniuncta unum eundemque Iehovam religioso cultu prosequatur." Hic videtur esse fons, e quo Author illam dicendi materiam hausit ac depromisit, quam inde ab hoc versu usque ad finem capituli infrequentis suo consilio perquam accommodate efformat, et habitus ornatusque varietate egregie insignit atque decorat. — רַא — neque enim praeципitanter בְּחִזְקָה sic et Ex. XII, 11. de Israelitis praecipitantibus ex Aegypto fugam viam inibitis, neque raptim in ea profugietis. Esra c. VII, 9. se a Babylonia in Palæstinam tendente in quatuor menses (lunares) consumisse narrat. Idcirco actum fuisset de Hebreis, si ipsi ad parandum viatum aliasque res ituris per Arabiae loca sterilia et inulta necessarias, sat temporis haud esset datum. Praefat temporis haud esset datum. Praefat

terea, cum haec deserta peragranates semper angat timor, nec ubi praedonum turmae ex insidiis pro-siliant irruantque, (Esr. VIII, 22. 31.) Propheta, ne sui hos iusto plus reformident, prudenter addit: *Iehova vos ubi vis* (a fronte et a tergo, prout res flagitat, Ex. XIII, 21. 22. XIV, 19.) *cinget ac tutabitur* Num. X, 25. Deut. XXXII, 10. Ies. LVIII, 8. Notio verbi נִצְחָן agmen claudere vel repetenda a radicum cognatarum סְפָה, סְוָר, et נִצְחָן significatione *finiendi*; vel est metaphorica, a re messoria, ubi quidem ii, qui messores pone sequebantur et omnia istorum manibus clapsa in fasciculos colligebant, ne quid periret, dicebantur אֲסֵפִים Ruth. II, 7. Ier. IX, 21. Hinc et ea militum cohors, quae iussu imperatoris agmen gravi tractu se provolvens sequebatur, vocari solebat נִצְחָן Num. X, 25. Ios. VI, 9. 13. (Graecis επιστρέφομενοι Συροπ. V, 2, 1. ουραγουντες, εσχατοι πασων των παρεμβαλων LXX.) propter-

הנה ישכיל עברי ווות ונשא וגברת מאך: כאשר שמרו  
13. 14. עלך

propterea quod his quoque praecipitum erat, ut videreat, ne disflueret aut detrimenti quid caperet agmen extremum. Poëta igitur, dum asserit hoc officio Iehovam perfungi, nobis eius praesidium ac tutelam oculis quasi adspiciendi copiam facit. Eadem vis tutandi inest huic verbo Ps. XXVII, 10. et alibi.

V. 13. Quis est, qui, ne dicam prophetae, sed cuique bono civi possit ignorare, si suos medio in itinere relinqueret, nil curans, an illi natale solum tuto ac feliciter tacturi, atque exoptatos penates laetato visuri sint lumine? Quid enim? Noster, cui propositum erat, ut cives ad patriam repetendam concitaret, nonne a scopo longe aberrasset, nisi addidisset, eos in Palæstina reduces summam securitatem, pacem, gloriam, omnisque generis felicitatem manere? Ut taceam, quod graviter violasset modum ac fere legem vetustiorum prophetarum, qui hunc locum tractantes nunquam operi coronam impoununt, nisi prius renascentis reipublicae statuim quam felicissimum atque exoptatissimum decantarint. v. Eichh. Einl. in's A. T. t. III. p. 12. 22. Quocirca Noster quoque abhinc totus in eo est, ut huic, in qua quidem rei cardo vertitur, officiorum parti satisfaciat. Sed va-

riandae orationis ponderisque addendi causa totam rem in foro nobis spectantibus (ἀξιματικῶς) peragi iubet. Scena haec est: Iehova, rex regum ac summus terrarum iudex, (Ies. III, 13. 14. Ps. IX, 5-9. XCVI, 13. etc.) cum suos Israelitas ad patriae fines reduxisset, in tribunali confidet, vicinos populos (τα περὶ τὴν Ιουδαίαν εθνη Ιοσηφ.) eorumque reges convocat (uti Mich. I, 2. Ies. XXXIV, 1. XLI, 1. Ps. LXXXII.) iisque omnibus demonstrat Hebraeum (cogita unum a caeteris ablegatum) simulque declarat, se nunc eum in iuris, libertatis, fortunarumque suarum salutem restituere, tantisque opum, auctoritatis ac gloriae incrementis augere, ut in posterum penes eum sit rerum summa atque vicinia principatus. Quo edicto, caeteri terrore percussi, quid dicant agantvenesciunt (קצבי פיהם). Namque, in hac ambiguitate aut erat pereundum aut inferiendum Iehovae eiusque populo. Ies. LX, 12. Quare tandem unus ex ipsis principibus confurgit, et, profelyti partes agens agnoscit unicam Iehovae maiestatem etc. v. argumentum. Quo explicandi modo posito ac comprobato, nil novi atque insolentis, si sententiarum summam spectamus, in hoc oraculo restabit. Etenim Noster

„Heil meinem Vielgetreuen!  
 „Nun sey er gros und hehr und über alle hocherhaben!  
 „Mag immerhin die Menge da vor dir zusammenschau-  
 dern  
 „So ganz, so beyispiellos entstellt ist seine Menschen-  
 form,  
 „Sein Anblick — wo ist seines Gleichen?)  
 „Nur

Noster nil agit, nisi ut, quae et  
 ipse et reliqui Prophetae hac de re  
 antea universe ac paulo obscurius  
 monuissent ac divinassent, ea nunc  
 huius orationis consilio horumque  
 temporum rationi prudentissime ob-  
 secutus data opera speciatim illu-  
 stret, proptereaque, cur et quomo-  
 do haec omnia ita eventura sint,  
 dilucide exponat. Sed redeamus  
 ad v. 13. ubi **תְּזַבֵּחַ** **הָנָהָרָה** animo praefigenda est solita forma loquendi:  
**כִּי אָמַר יְהוָה**. Sed, uti omni-  
 um poetarum, sic inpr. Hebraeo-  
 rum prophetarum enthusiasmo quid  
 magis consentaneum atque usitatum  
 est, quam, simulac rei gravitas re-  
 quirat, orationem scenamque su-  
 bito immutare? Quid inde? auctor  
 hic quoque, cum esset caput rei  
 tractandum nos rapit in medium  
 forum, ubi, omnibus iam praeparatis,  
 statim Ichovae iudicis maiestaticam  
 vocem exaudimus. **לִשְׁבָּשֶׁת**  
**extellat!** 1 Sam. XVIII, 30. futur.  
 pro iussivo, uti Ex. XX. Hiob. XXII,

23. etc. v. Gläss. Dath. p. 314. **שְׁבָדֵי**  
 ὁ δούλος μου, ὁ σεβόμενος με, ὁ λα-  
 τρευών μοι. Israelis nomen proprium  
 atque solemne. Sed legenti me-  
 diam huius libri partem (c. XL-  
 LV.) sane mirum videri potest, quod  
 oculus tam saepe ac solito plus in  
 hanc vocem incurrit; v. Ies. XLI,  
 8. 9. XLII, 19. XLIII, 10. XLIV,  
 1. 2. 21. XLV, 4. XLVIII, 20. LIV,  
 17. et LIII, 11. Cuius rei ratio  
 potest haec esse: Hebraeorum plu-  
 res, qui Babylonicae vitae luxuria,  
 mollitie atque splendore non mi-  
 nus, quam idolatriae, astrologiae  
 etc. pompa, artibus ac voluptatibus  
 omnes sensus suaviter sufficientibus  
 et fascinantibus, illaqueati captique  
 erant, legum suarum severitatem  
 et asperitatem pariter ac monothe-  
 ismi simplicitatem gravitatemque  
 hominibus incultis ac **ψυχικοῖς** in-  
 visam, sensim spernere ac fastidire  
 cooperunt (v. Ies. XLVI, 8. 12. coll.  
 3 et 5. ubi Propheta eos acerrime  
 carpit et haud sine ignominiosa no-  
 ta

עליך רבים כיד' משחת מאיש מראהו ומואר מבני אדם: כן יהה. ג. א.  
גויים.

ta compellat et **בְּשָׁעִים** **אֲבוֹדֵי־דָּבָר** **פְּשָׁעִים** et **רְחַזּוֹקִים** **מִצְדָּקָה**, qui *spiritus contra Iehovam ferocientes gerunt et ab eius salutifera religione abalienati sunt*; add. c. XLVII, 9-15. et XLVIII, 12.). Quos ut ex hac Circes insula evocet et cum caeteris, qui mutationem nondum subierant, Sirenarum scopulos tuto praetervehat, omni virium nervorumque contentione iis, quam vanus, absurdus ac perniciösus divorum sit cultus, argumentis ex ipsa rei natura petitis comprobare, eos ad praesens tempus, quo spes auxilii divini tam laete adulgeat, attentos reddere, ac denique iis beneficia, merita, promissa et grandia Iehovae facta in mentem revocare annuit e. g. Ies. XL, 12-31. XLI, 5-7. XLIII, 11-19. XLIV, 6-21. XLV, 1-8. XLVI, 1-7. 13. Et hoc pertinent voces caritatis: **עֶבֶד**, **מְלָאָךְ**, **קָדוֹשִׁי**, **כְּחֻורי יְהוָה**, quibus Hebraeos tam saepe ac blande appellat, partim ut fidios ac sobrios Iehovae cultores a caeteris bene et honorifice distinguat, eosque ad amorem et obsequium suo Deo, optimo ac benignissimo patrono, porro fideliter praestandum excitet; partim ut apostolas tacite reprehendat eosque accuset contumacis atque ingratae mentis in Iehovam, qui inconcusfa et paterna caritate eos adhuc am-

plectatur Ies. XLII, 19. sq. (eadem fere ratio est, cur Petrus Act. III, 25. *Iudeos vocet νινος των προφητων* sc. ut eos moneat, ne beneficia a vatisbus promissa et ad ipsos proxime pertinencia vili pendant.) Nostro loco intelligenda est illa bona et incorrupta pars Hebraeorum, quae Iehovae constanter addicta sub eius auspiciis nunc repetit patriam. — **וּרְוֹם** — **מְאָד** — **in altum ac sublimi** solium *evectionis reliquos omnes longe superemineat* volo. Commentarii loco esse videtur, quod memoriae proditum est 2 Reg. XXV, 27-29. **אוֹיְרָךְ מֶלֶךְ בְּכָר**. **נְשָׂאָת אַתְּדָרָשׁ יְהוָיכָן מֶלֶךְ** **יְהוָה** מִבֵּית **כְּלָא**: וְדָבָר אַתְּ **מְבוֹתָה** **וַיְתַּעֲנַט אַתְּכָסָאָו** **מַעַל** **כְּסָא** **הַמְלִכִּת** **אֲשֶׁר אָפָוְנוּ**. Eodem modo Iehova Hebraeum tradere in hoc regum confessu fingitur.

V. 14. Iehova pergit edicere sententiam, qua Hebracum poenis hucusque perpessis absolvit, eique vires, fortunas et opes caeteris populis regibusque stupendas attribuit. **כִּי תְּצַוְּנוּ, נָאֹתָו** huic in apodoſi respondet **כִּי** **וְנַצְוָא** v. 14. Tertium comparationis est **to stupeſſe**. Quo magis de cadentem obſtupuerunt, eo magis te ſurgetem nunc ſtupebunt. Haec comparatio autem est instituta, ut gravior fit

„Nur destomehr soll sich der Völkerhaufe wundern! 14.

„Es soll die Fürstenshaar ihn stumm und starr anblicken!

„Denn

sit oppositio, sicuti Ier. V, 19. Ex. I, 11. Deut. XXVIII, 63. De verbo בְּנֵשׁ, quod metaphorice ac specialiter significat suporem cum gaudio atque ludibrio commixtum, quem subita et horrifrons civitatis cuiusdam ruina vicinis gentibus inecutit (Ier. XVIII, 16. Ez. XXVII, 35. 1 Reg. IX, 8.) plura v. ap. Martini in comment. ad h. l. — רָאשׁ. Iehova, postquam caput decreti de Hebraeo in salutem gloriose restituendo v. 13. generaliter edixerat, nunc speciatim Hebraeum adstantem ita assurat: *Quantopere gentium multitudo hucusque horruit calamitatem misericordiam tuam — hic suspicuum quasi de peccore trahens ad circumstantem turbam lumina convertit et in parenthesis addit: taliter foedatus atque destruclus erat, ut hominibus propemodum abstinilis fatus esset.* — tunc pergit in tertia, haud aliter ac si oblivisceretur oculos et orationem ad Hebraeum revocare. Quo factio, sane nullum restabit dubium, quin voculanii רָאשׁ cum suffixo sec. pers. genuinam iudicemus. Huc accedit primo quod, si hanc lectionem tuemur, structura verborum impeditior est ac difficilior; quam ut laevigaret, lector quidam aut interpres aut li-

V. 9. protasis: *Et quamquam Babylonius in eius mortem intentus erat — apodosis habet v. 10. tamen Iehovae eum cruciassē ac vulnerasse satis erat.* וַיְהִי — vel simpliciter partic. transeundi: *et iam destinaverat ei — sed Iehova etc.* vel concessive: *et si, quamvis, et quidem Gen. L, 20. Hiob. XXIV, 23. dare, attribuere, assignare, destinare Gen. I, 29. parare, facere Gen. XVII, 5. 20. Ps. IV, 8. et paravit quidem ecquis tandem?* בְּזַעַן; απρόσωπως dictum: *Quamvis ei iam praeparatum erat sepulcrum sc. ab hostibus, nempe Babylonii victoribus, quibus Iehova ad Hebraeos castigandos usus erat.* שָׁרוּתְּשִׁים וְאַתְּ שָׁרוּתְּשִׁים duritiae et ignominiae, quacum Babylonius Hebraeum in ipsa morte, si Iehova permisisset, tractatus erat. Sententia: Babylonii in eo erant, ut Hebraeos, sicuti alios, sine omni spe restitutio- nis plane deperderent. Commentarius in totum hunc locum est Ps. LXXXIII, 4-9. 17-19. ibique Michael. et Muntinghe. cf. et Ies. XXVI, 14. 15. 19. et Doederl. ad l. n. — עַל־לֹא — בְּפִיר — est sententia secundaria sc. παρεγνέτος. Quanquam (Hiob. X, 7. XVI, 17.) neque re neque verbis fraudulenter at dolose egerat; specialiter dictum

a poëta pro generaliori: *Neque tam ipse offensioni unquam fuerat, quae eum tanta crudelitate dignum reddidisset.* Hic non est reticendum, optimos Hebraeorum cives ac prophetas, quoties hanc rem πολιτικῶς tractent, se effundere in querelas, quod hebreæ gens ab Assyriis ac post a Babylonii temere et sine ulla iusta causa exitioso bello petita duroque servitutis iugo preffa et attrita sit. Sed ipsi sunt audiendi. Ieremias c. XLIX, 12. Idumaeis dira et sinistra precans et denuntians Iehovam facit ita loquenter: דְּבָרָא אֲשֶׁר אָז מִשְׁפְּטָה לִשְׁתּוֹתְּהַבְּסָתְּרַי רְשָׁוֹתְּיַאְתָּה Israelitae, quibus non conveniebat, siccarunt poculum amarum etc. Ier. LI, 10. הדְּבָרָא En! tandem aliquando, Iehova iudice, nostra bona causa triumphat! Ies. LII, 3. חַנְכָּמָה gratis i. e. debito non contracto vos venditi et in servitatem redacti estis (de quo more antiquo prolixè disputavit Michael. Mos. Recht §. 148. cf. et Rosenm. ad. h. l.) v. 4. אֲשֶׁר בָּאָפֵס עַשְׂרֵי pro nihilo i. e. nullo iure Assyrū oppreßerunt Hebraeos. v. 5. לְקַח עַמִּי חַנְכָּמָה fine causa abreptus est populus meus in captivitatem. Quam confona haec effata sint nostro loco et nostrae interpretationi, nemo non

„Auch hatte man ihm unter Freylern schon sein Grab 9.  
bestimmt,

„In der Verbrecher Mitte seinen Leichenhügel:

„(Wiewol nicht Wort noch That ihn so verschuldet  
hatte.)

„Allein Jehova wollt' ihn nur geziüchtigt wissen — 10.

„Da Du nun seine Sühnung schon für gültig anerkennst,

„So

non videt. Quid? evolventi ac per-  
lustranti rerum gestarum annales,  
nonne cogitatio vel sponte animum  
occupat, reges Assyriorum ac Ba-  
byloniorum, temporibus ac regnani-  
di cupiditatibus inservientes solo  
fortioris iure, maxime cum Aegyp-  
to inferrent signa, utrumque He-  
braeorum regnum lacerasse ac de-  
struxisse? Etenim duplex aut triplex  
conspiratio, cuius Hosea, rex Sa-  
maritanus cum So f. Sabaccone Ae-  
thiopie contra Salmanassarem (2 Reg.  
XVII, 4. Prideaux I, I, p. 30.) et  
Ioiachim ac post eum Zedekias cum  
Hophra, Pharaone, contra Nebu-  
cadnezarem (Ez. XVII, 15. Pri-  
deaux I, 136.) factae reus ageba-  
tur, nisi ratione ac prudentia (Ie-  
remiae memores sumus), tamen in-  
sinctu quodam naturali, ut iugum  
nefaria violentaque manu imposi-  
tum excuteret, dictata videbatur.

V. 10. Sententiarum altera al-  
teram sic excipit inde a v. 8. "Quam-  
quam nos cupide sperabamus et il-

le (Babylonius) serio moliebatur ac  
parabat internacionem atque cae-  
dem Hebraei; tamen Jehova, qui  
nil nisi castigationem ei decreverat,  
haec vota et conamina irrita fecit.  
Quapropter cum tumet ipse, Ieho-  
va! eum iusti piaculi instar iam ha-  
bueris, profecto is abhinc vitam  
omni felicite saturam in multum  
tempus continuabit. Quo quidem  
praemio dignissimus est, quoniam  
Iehovae voluntatem nos expandi  
beandique rite et egregie perfecit."

— יְהוָה adverbative: *sed, tamen*  
Gen. XLII, 10. Ies. XL, 8. Hiob.  
XXIV, 22. Ante יְהוָה aut supple-  
num: רַשָּׁא, uti Hiob. XXVII, 2.  
etc. aut pronuntiandum: יְהוָה part.  
act. דְּבָרָי cum gravi tono efferen-  
dum, nam vis oppositionis ei inest.  
Hic, nisi fallor, in oculos incur-  
rit, proximis versibus de Hebraeo  
vere mortuo et enecato nil esse di-  
ctum. Quod si esset, auctor, ut  
λογίας narraret et naturalem re-  
rum ac sententiarum ordinem se-  
quere.

אָשֶׁר נִפְצֹר וַיָּרֶא זֶה יָרֵךְ יְמִים וְחַפֵּץ וְהַזְּבֹדְרָא יַעֲלָה : מַעֲמָל  
נְפָשָׂר

queretur, scripturus fuisset: **וַיַּהֲוֶה חָפֵץ רְהַמִּיחָנוּ** nam Iehova semel decreverat eum enecare aut simile quid. Sed hic post mortem verbora! Hoc frigus et hanc ieunitatem accusat et Paulus, Memorabilium fasc. III, p. 191. — **דָּלְלָה** derivarim a

**אָתָּה־אָדָּה** soluit, solutum, liberum fecit sc. sed Iehova, qui CASTIGARE eum voluerat, liberavit eum sc. ex periculo mortis et e potestate Babylonii; aut suppl. **אָתָּה־אָדָּה** soluit, cæsa, irrita fecit (Ps. LV, 21. LXXXIX, 35. Num. XXX, 3.) sc. illa hostium vota et conamina; aut iterum supplemus **אָתָּה** et advocamus verbi notionem profanandi, ut sit: Profanavit i. e. a se dimisit et profanorum arbitrio permisit cum volens ut affigeretur s. quoniam decreverat eum cæfigare. Quia cum sententia ex voto consentiunt multi loci v. g. Ies. XLVII, 6. **חַלְמָתִי וְאַתָּכָּה בְּרִיךְ דָּא שְׂמַת** ubi perquam apte Rosenmüller: "Affligi voluerat „Iehova Iudeorum populum, minus tamen ut sanaretur, non ut periret," cf. Zach. I, 12. **אָנָּנוּ קָפְתֹּז מִשְׁתַּחַת הַמִּזְבֵּחַ** et Ps. CII, 21. CVII, 18–20. Porro: **מִן** cum; quandoquidem; postquam Gen. XLVII, 18. et in conclusione: **אֲתָּqm** cum Prov. III, 34.

Gen. XXIII, 13. **תְּשִׁים** apostrophe oratoris ad Iehovam, coram quo orationem agit (sic etiam Staeudlin. I. l. aliique); sed haud sine emphasi quadam: **Atqui cum tumet ipse —** **וְרָם** ponere, idque est vel: **façere, consitituere** Hos. XI, 8. Ps. CV, 21. vel: **statuere, iudicare, habere al. pro aliquo** Ps. XL, 5. Hiob. XVII, 12. — **מִשְׁמָן** ipse reatus 2) obiectum reatur, a quo poenae repetuntur, Strafobiecht, Racheziel; in spec. sacrificium piaculare pro reatu offendendum Lev. VII, 34. al. 3) in genere: **satisfactio, multa quaevi** i Sam. VI, 3. Hinc **תְּשִׁים אָשֶׁר** est vel: **Cum tu habeas eum pro iusto piaculo**, i. e. cum ille nos, te iudice, iam rite expiaverit; vel: **Postquam eum fecisti ac consititusti obiectum poenarum pro reatu pendendarum** i. e. postquam sat poenarum ab eo repetiisti; sic et verbum **מִשְׁמָן** obiectum poenae esse, ultione peti Ps. V, 11. Ez. VI, 6. si lectio genuina. — **נִפְצֹר** aut simpliciter: eum; aut, ut cum antecedentibus et subsequentibus archius cohaereat, abstractum pro concreto: **eum vivum, superfitem, in vita conservatum** Ies. VI, 5. Unde exsistit versio duplex: **Atqui cum tumet ipse, Iehova, eum vivum sine morte norite expiasse statueris —** vel: **Postquam igitur tu eum satis puniisti,** non

„So wird in seiner Enkel Kreis' er froh hinaltern;  
„Denn schön vollführt ward Jehova's Plan durch ihn!"

„Ja, nun und forthin frey von solchen Lebensstür- II.  
men,

„Soll'

non amplius opus erit eius interne-  
cione sed abhinc ille gloriosem et ab  
omni parte beatam producit vitam. —  
**אָרְךָ יְמִים** (sc. רַב de qua ellipsi v.  
Glaß. Dath. p. 34.) et **אָרְךָ זָרֶעֶם** (sc. חַיִּיר) sunt partes felicitatis,  
quae totam eam significant. Quid  
enim est, quod apud Orientales et  
iamnum laudi honorique magis du-  
catur, quam inter largam numero-  
samque sobolem tarda placidaque  
senectute frui? Hic est fortunae  
filius! hic, quem Deus amat! Ps.  
CXXVII, CXXVIII. Nec aliter ce-  
einere reliqui vates. Namque diur-  
nus reipublicae flos, civium perma-  
gnus numerus, principatus Palaeo-  
stinae omniumque terrarum vicina-  
rum, et caetera commoda vitae e  
monotheismo ac favore divino ef-  
fluenscentia, sunt partes eius feli-  
citatis, quam omnes antiquitatis  
prophetae Hebraeis in patriam re-  
ducibus apprecentur. Restat, ut  
iterum queritem, annon locutio:  
prolongare, producere vitam, cla-  
rissimo nobis sit indicio, hunc ho-  
minem, qui singitur, non fuisse  
occisum, sed e discrimine capitis  
vivum eruptum ac servatum? Nisi

hoc ita esset, sententiarum ordo pro-  
cederet hac vel affini via: Post-  
quam autem ex inferis revocatus  
est, novam vitam faustis sub au-  
spiciis inchoabit. Et si vices Hiobi,  
qui forsan auctoris quoque animo  
obversabatur, in mentem revo-  
caverimus, huic loco clariorem  
assulgere lucem putaverim. —  
**וְפָתַח** namque Iehovae consilium per  
eum prospere succedit. Annedicit  
causam, cur nova salus ei exoritu-  
ra sit. Verum potest etiam esse  
epiphonema in fine orationis haud  
inepte appositum: tam bene exse-  
cutus est Iehovae voluntatem! **וְפָתַח**  
Storr in observ. p. 19. "Res, quae  
„versatur in obiecto, pro obiecto  
„ipso, ut voluntas pro obiecto  
„eius". Sic et Ies. LVIII, 3. 13.  
et 10. **וְכֹל** appetitus obiectum i.e. pa-  
nis, cibus. Quod autem Iehova vo-  
luit ac decrevit, est illa salutaris he-  
braearum pariter atque ethnicarum  
rērum catastrophe, quam ipse an-  
nuntiarat c. LII, 13—15., quae hu-  
iūs orationis erat sententia prima-  
ria v. 4—6. et quam disertius ex-  
pliante Iehovam flatim audiems.

V. II. Istum perorantem Ie-  
hova

כנפשו יראה ישבע בדעתו יפיקן צדיק עבדיו לרובם ועונשם הוא  
יסבל: לנן אהליך לו ברוכים ואת-עצמם יחلك שלל מהם אשר 12.  
האהמה

hova excipit, et ante dicta auctoritate sua iudicali confirmat. Ubeiarius nempe ac gravius declarat, se Hebraeum in gratiam receptum omnibus bonis accumulaturum esse, simulque accolarum gentium multitudinem per illum expiatam sibique commendataam habiturum, has vero illi optime de iis merito subiicere. Itaque hi duo versus commentantur e. LII, 13-15. LIII, 4-6. 10. ad eoque omnem orationem propheticaem egregie absolvunt. — **מעמְלָחַת** aut supplendum quod v. 8. adfuit, verbum נִכְלָה; aut vertendum: *profici labores*; de qua indubia Mem praefixi notione differuit Martini ad h. l. *Labores vitae* sunt pericula, quae mortem intentant. Iterum videsmus, non scriptum esse: **מִכְרֹתָה** sc. מִכְרֹת מִקְרָבָה aut id generis aliud quidpiam; sed **מעמְלָחַת**. Attamen, si quis mortuus est, vitae labores ac pericula cessant. — **ירָאָה יְשֻׁבָּעַ** Iehova affirmans ea, quae v. 10. dicta erant, ferme eadem repetit verba, ut assolet in dialogis. **ירָאָה יְמִים** sc. **זֶרַע** (e proximo versu repetendum) uti Gen. XXV, 8. XXXV, 29. Ps. XCI, 16. Hiob. XXIV, 17. 1 Chr. XXIII, 1. XXIX, 28. *Esto! videat eorum multos! satur fiat diierum!* — **רַעֲנָן** omne quod seio, scientia; haec au-

tem duplii modo paratur, vel ab aliis per doctrinam et institutionem (uti Ies. XXVIII, 9. ubi רְשָׁעַת iungitur cum שְׁמֹעַת) vel propria meditatione et experientia. Est igitur h. l. melior et per experientiam correcta et amplificata cognitio Iehovae eiusque sanctae voluntatis et consiliorum de ipso Hebraeo caeterisque gentibus benigne captorum, ut et studium purioris religionis et cultus, quo ille persequendus est (sic Ies. XXXIII, 6. וְדָעַת יְהוָה וְדָעַת וּמִזְמָרָת σοφία καὶ επιστήμην i. e. επιγνωσις του Θεου י' וְרָאַת י') Hof. VI, 6.) Scite autem et perquam apte τῷ μακροβίῳ, οἵτινες, σῆμα ψευδῶν, haec profundior divinarum et omnium, quae ad salutem pertinent, rerum scientia per experientiam parta tribuitur, quippe quae sit vitæ longævae exigentia dos atque præclaræ. — יְצָרֵיךְ salvum praefabit, beabit v. Koppe ad c. XLI, 2. et Martini ad h. l. פְּרוּדֵיךְ sospitator, servator; quemadmodum ex significatu verbi: causam habere bonam, vincere, exsilit του פְּרוּדֵיךְ notio vicitoris 1 Sam. XIV, 47. Ies. XLI, 2. XLIX, 24. ita e singificatu: sospitare, idem nomen sibi lucratur vim sospitatoris, του πωτηρίου cf. Zach. IX, 9. ubi est i. q. יְרֻשָּׁיָם. Quem nodum Grammatica in verborum iunctura ligavit,

„Soll vieler Enkel, hohen Alters er sich freuen,  
 „Durch sein' Erfahrungslehre Heil verbreiten,  
 „Ringsum der Völker Heiland werden, er, mein Trauter!  
 „Denn ihre Stündenschulden hat er abgetragen.  
 „Drum sey er auch der Nationenmeng' ein Herrscher!  
 „Der grossen Völkerzahl ein unumschränkter Machtgebieter!

„Da-

vit, ut ad eum solvendum accedamus duplex patet via. יְהוָה vel habet signif. reciprocum, afficto et post suppl. יְהוָה ipse felix et alios felices reddet ille mihi addidus; ist er selbst nun glücklich, so soll er, mein Diener, noch viel andere beglücken, deren Schulden etc. Vel: רַבִּים est absolute positum: hospitatem se praebebit, servatoris munere fungetur; durch sein' Erfahrungsweisheit wird er ein Beglückker seyn — ja vielen ein Beglücker, er, mein Vielgetreuer. — רַבִּים. Quamcumque huius oraculi expositionem eligamus, tamen, si nobis in ea constare volumus, רַבִּים h. l. nulli alii possunt esse, nisi קָרְבָּם, quorum c. LII, 13. 14. mention facta est, et qui v. 12. iterum appellantur, פְּשֻׁעָם, חַטָּאת; atqui cum de his hoc loco idem affirmetur, quod ii, qui loquebantur in medio capite, de se affirmabant, nempe ipsorum pec-

cata esse expiata et abolita per τὸν אָבֵד יי: ergo sequitur, eos, quos paullo ante audivimus, non fuisse Hebraeos aut Hebraeorum quemquam, sed has ipsas gentes, quibus abhinc Hebraeus sit imperaturus. וְשָׁנָתָם — רַבִּים est vel relativum, pro שָׁנָתָם quorum poenas tulit; vel: universalis part. transeundi: quandoquidem, postquam eorum culpam absulit adeoque eos in gratiam Iehovae tradidit.

V. 12. Summa totius orationis erat: Tantum abest, ut vicinae gentes Hebraeos rursus infestature sint, ut potius immutata et emendata mente eos amicitia culturae, quin iis obedientiam praeflaturaem sint. Hanc postremam sententiam ut auctor commode proponat cacterisque arctius annexat, argumentatur hoc modo: Hebraeus tam bene meritus est de vicinis populis, eorumque saluti tanta cum solicitudine et magnitudine animi prospexit, ut iure meritoque haberi possit dignissimus,

F

cui

השורה למות נפשו ואת פשעים נמנת והוא חטא זרויות נשא  
ולפשים ומגעים:

cui grato Iubentique animo obsequium praestent. Sed cum causa in foro agi copta sit, Iehova, populorum iudex, hanc quoque sententiam e tribunali edicit. — **אָחָדָק** דַּו בְּרוּבִים **אָחָדָק** לְ רֵא כ הלכו בארץ גוים רבים **אָחָדָק** gentium ei portionem ad-signo (i. q. אָתָּה אֱלֹהֶיךָ עָזָבָת). **אָחָדָק** רְבִים longe lateque extendam fines eius imperii, sicuti e. g. rege Davide). Propheta forsitan respexit vetustissimi aevi mythologicam traditionem, cuius vestigia restant Gen. XXXII, 8. 9. coll. Hab. III, 6. (quam Paulus quoque, philosophice tamen suo more tractat Act. XVII, 26.). Fingebant nempe in rerum primordiis ipsum Iehovam inter gentes primitivas terrarum regiones dimensum esse, iisque habitacionis fines ac terminos fixisse. Huius memor Noster, qui cum caeteris universam rerum terrestrium catastrophen, auctore Messia, expectabat, poëtico ore canit, fore, ut Iehova denuo terras distribuat, et omnem Palaestinam eiusque viciniam Hebraeis attribuat, eorumque imperio subiiciat. Eadem sententia ornatur et amplificatur altero membro: **כָּלְקָשְׁלִיל** est vel: **di-videre praedam vel; praedas instar, τω**

**אָחָדָק** afficto ב comparative, usi Hiob. XXIV, 5. pro פְּרָאִים. Praedam dividere est victoris atque domini. Hunc certum ac singularem actum Poëta memorat, ut designet generiorem dominandi et liberum imperium exercendi in populos vel fortissimos, qui olim omnium maxime horrendi erant. Quis autem est, quem fugiat, ex solito more gentium in cultarum homines bello captos re vera pro praeda habitos, ac, vel trucidatos maxime cum rebelles se gessissent, vel sub iugum missos tanquam servos venditos esse e. g. Gen. XIV, 21—24. cf. Michael. Mos. Recht t. II. §. 578. **הַשְׁרָה** — **נְשָׂא**. v. 8 et 9. narrabatur, Hebraeum tantis in vitae periculis esse versatum, ut ab ipsa morte haud procul abesset. Huc respiçunt nostra verba, nec in his plus ineft, quam in illis. Etenim vitae sunt prodigum esse (vel sanguinis Gen. IX, 4. Lev. XVII, 11.), quid hoc sibi aliud vult, quam: **vitae non parcere, mortem non detrectare, si dira necessitas urget.** **לְמוֹת** ornat et auget: **sumnum vitae periculum subiit.** Sexcenties enim מות nil est, nisi vitae discrimen, capitis periculum e. g. Iud. V, 18. ubi tribus Sebulonitarum vocatur **צָם חֲרֵךְ** לモֹת, unde certe nemo collig-

„Dafür das hohen Muths er der Gefahr sein Leben bot,  
 „Dass bittern Freylerstrafen er sich nicht entzog:  
 „Nun aber hat er abgebüsst so vieler Schuld,  
 „Und hat Irrglaubigen Versöhnung ausgewirkt.”

colliget, eos ad unum omnes in pugna cecidisse. Alia cum nostra synonyma locutio exstat Iud. IX, 17. **שָׁלֵךְ אֶת־נַפְשֵׁי** de Gideone in acie non caeso, sed domi mortuo cf. c. VIII, 32. Et si Paulus ait Rom. VIII, 36. (Pf. XLIV, 23.) θαρτουμένος ὀλλην την ἡμεραν quisque intelligit, non ipsam mortem, sed vitae discrimina significari: id quod diserte dicitur in loco parall. I Cor. XV, 30. ἡμεις κινδυνευομεν πασαν ῥεαν. Cf. et Glaff. Dath. p. 843. Quocirca hunc quoque locum tuto vertere licebit: *Haud pepercit vitae suae, ita ut, si fors ita tulisset, ipsam mortem haud deterreret.* Quocum haud male concinit alterum membrum: *Sceleratis annumeratus est i. e. poenas, quales scelesti ac malefici homines ferre solent, ipse tulit; est περιφερασις poenarum gravissimarum, quae vitam in discrimen adducunt.* — **וַיַּעֲבֹד obvius factus est al., incidit in al.** vel hostili impetu vel animo placandi, unde: *precibus intercessit v. c. legatus, qui ad imperatorem hostium finibus aut urbi appropinquantium procedit pacemque precatur, adeoque a civibus suis irru-*

F 2

Ioel

Ioel III, 1-5. Mich. IV, 1-5. coll.  
Ies. II, 2-5. Ps. LXXXVII. Ez.  
XXVII, 22-24. etc. Nec omnino  
ab his alienum erat caput senten-  
tiarum, quas hoc oraculo tractatas  
et enucleatas perlegimus. Sed, quo  
consilium orationis, quo res, fata  
ac tempora *praesentia* vocabant, se-  
cucus est auctor, et altius inquisivit  
*in medium terminum*, nempe in cau-

fas cur, et rationem *quomodo*, he-  
reditario odio ac vetere pravitate de-  
posita, vicinarum gentium multitu-  
do Hebraeis amice lubenterque se-  
fit adiunctura. Et sane hac pla-  
nior atque tutior non erat via, qua  
Propheta suis persuasurus, ut abs-  
que omni metu in patriam tendant,  
feliciter scopum tangeret.

## EXCUR-



## EXCURSUS I.

*De ingenii incessu, quo usus est Propheta.*

**R**atio, cur Propheta spem, nationes Hebreis olim infensas ad Iehovae cultum nunc accessuras esse, maxime tum conceperit, est in promtu (in ipso v. 1.). Iehova, qui suum populum ex hostium ferociissimorum potestate caeterisque malis et angustiis salvum eripuerat, insigne virium suarum, quibus ethnicorum diis tutelaribus praevaleret, derat documentum. Nam tot de diis, quot de gentibus triumphi, ut ait Tertullianus. Verendum igitur erat, ne Iehova, quemadmodum a Babyloniis (Ies. XLVII, 3 - 15. XLIX, 24 - 26. LI, 23.) sic ab omnibus, qui hostili et inimico animo in suos essent, gravem vindictam fumeret. Edictum enim atque denuntiatum erat, omnes, qui ad Iehovam eiusque populum non confugerent iisque inservirent, perituros esse (Ies. LX, 12. XLI, 2 - 8. II - 13. XLIII, 3. 4. LXIII, 1 - 6. coll. c. XXXIV. Mich. V, 6. 7. 14. Pf. LXXXIII, 17 - 19. Ch, 23. et alibi.). Quapropter ii satius omnino ducere potuerunt, suis admodum nihil valentibus diis validere ac potentissimi Iehovae gratiam querere. Sed quod istorum hominum, a Deo nisi prioribus peccatis expiatis ullam salutem exspectari non posse, constans erat opinio, propterea auctor ad hanc difficultatem removendam per oratorem ethnicum rem haud aliter proponit, ac si Hebreus tam singulariter vexatus pro illis quoque poenas subiisset, eosque favori Iehovae cominendasset. Quam ob causam necesse erat, ut Hebreus fere insons depingeretur et omnis culpa in eius accolas transferretur. Id quod ab his facillime fieri potuit. Namque iidem ipsi fuerant, qui Hebreos a salubri unius Iehovae cultu fraudulenter abalienaverant, iis inde ab incunabulis reipublicae flagitiorum ex idolatria profluentium venenum insuillaverant, ideoque omnis peccati et omnis culpare, que in Hebreis haerebat, auctores vere fuerant. Hos igitur maxime decebat confiteri: Non magis ille, quam nos eramus poena digni; חָרָא נִקְרָא; is nobiscum comparatus insons videtur (eodem sensu, quo dicitur ap. Ier. III, 11. זֶדְקָה נְשָׁה מִשְׁבַּח יִשְׂרָאֵל מִבְּנָה יְהוָה). Atque ita, cum nihil obsit, quin comparative hoc quoque caput interpretemur, omnis evanescet dubitatio. Adde quod, cum auctor civium patriae.

triaeque amantissimus animo reputaret, quanta aerumnarum ac miseria-  
rum mole Israelitae, qui nec omnes tamen nec semper idololatriae in-  
dulsiſſent, hucusque obruti fuſſent, et contra, quam parumper ac leni-  
ter caeteras gentes, quae quidem plurium divisorum cultu in Iehovam pa-  
riter ac fraudis exemplique malignitate in Hebraeos continuo ac graviter  
peccassent, belli rabies laeſiſſet; tunc sane, praefertim cum — ut huma-  
na fert indoles ac natura, si quem misere afflixit, quanquam non in-  
ſontem conſpexerimus — misericordia atque συμπαθεία accederet, faci-  
le ac prope necessario ſiebat, ut in eius molli teneroque animo furgeret  
ſententia: At hi tali tamque atroci poena non erant digni! (E quo fon-  
te promanaſſe videntur et alia prophetarum dicta v. c. Ief. XL, 2. יְהוָה לְמַלְכֵיכֶם מֵאַתְּדִילָה). Quamob-  
rem illi quaerenti, quomodo hunc nodum ſolveret neque tamen Deum  
injustitiae accusaret, ſuccurrit opinio, Hebraeum a Iehova caeteris na-  
tionibus τυπον et exemplar illuſtre propositum eſſe, ut eae in huius unius  
fata tanquam in ſpeculum infipientes viderent, quam ſerio Iehova in  
vitam idololatricam ac nefariam animadverteret; utque adeo ad tales  
poenas avertendas polytheiſmi iſtaniam detestarentur, et hebraeas reli-  
giones Iehovamque patronum ſponde sibi adoptarent. Quas quidem ſeu-  
tentias auctor ad illam formam, quam modo adſpeximus, et in qua iſta  
hominum aetas ſibi perplacebat, finxit et adoravit. Sed si illa prophe-  
tica vota et illa laetifica promiſſio literali ſenu eventum non plane ha-  
buit, idem cauſae eſt, quod permultis in aliis vaticiniis *optative* et *con-  
ditionate* prolatis.

Praeterea quod Noster oratorem ſuum tragicī personam induere, et  
Hebraeorum trilſia fata παθητικας multis defere iubet, hinc credo di-  
lucide promicat id humanae mentis profundum ſtudium idque ingenii ac  
iudicij acumen, quo per omne carmen inſignis eſt. Profeſſo enim nihil  
erat, quo tutius ac fortius Hebraeis immutatam harum gentium mentem  
persuaderet, quam iſe ipsae hebraearum calamitatum magna cum com-  
iſeratione recordarentur, et inde, quam bene Hebraeus de ipsis meri-  
tus ſit, grato amicoque animo cognoscerent. Neque tamen ſum iſ, qui  
omnino neget, Prophetam in haec oratione ſuis animi ſenſibus nimis in-  
dulgere, et ſuas nationis magis, quam eorum, quos loquentes faciat,  
rationem habere, adeoque legem veritatis imitandae et illusionis augen-  
dae aliqua ex parte violare. Hoc autem consilio et ſcopo, quem ſibi  
proposuerat, et fervido, quo in patriam civesque incenſus eraſt, amore  
largiter excuſari, a quoque intelligitur.

Denique

Denique allegoria per totum caput continuata ac per singulas partes ita diducta, ut omnia, quae Hebraeorum populo, qua tali, acciderint, in unum ab illo quasi abstractum hominem (יְהוָה שָׁנִיא Ier. XXXV, 13. XVIII, 18. Iud. XX, 10. 22. etc.) congerantur eique conformia reddantur, huius generis, inquam, allegoria nos offendere non poterit, dummodo meminerimus, eam multis exemplis commendatam et confirmatam esse e. g. Ies. XLIX, 14-26. XLVII. VII, 20. Thren. Ier. et alibi. Eodem allegoriae studio Noster h. l. populum hebreum comparat homini, qui ex sententia Iehovae multis flagellis caesus teterrimisque cruciatis affectus est. Quid autem Hebraeorum poetis usitatus est, quam populorum dira fata et calamitates publicas cum plagis et verberibus vel a Iehova vel ab hostibus inflictis conferre v. Ies. I, 5. 6. Ier. XXX, 12-15. Hof. V, 11. sq. Pf. CXXIX. Neque vero etiam exemplis caremus, ubi eadem gentes profelytiae, quae hic, verba faciunt, v. Mich. IV, 2. coll. Ies. II, 3. cf. et Glash. Dath. p. 1359. sq.

## EXCURSUS II.

### *Apologia.*

**N**e quis eorum, quibus argumenta philologica et exegetica huic interpretationi substrata haud satisfaciant, me tantummodo rerum novarum studiosum temere egisse, suspicetur: non possum, quin, haud sine timore tamen, ne modestia iuvenibus maxime sacra violetur, viam et causas, quibus ad hanc exponendi rationem adductus sim, liberius explanem. Mihi Iesiae exemplar primo versanti huius vaticinii ea explicatio, quam modo proponere ausus sum, sponte oblata est. Deinde, cum eam uti a caeteris omnibus sic ab ea, quae in libris dogmaticis urgetur, longe abesse animadverterem; iam in eo eram, ut vela retrorsus darem et interpretationem, quam forte praeципitanter amavissim, facerem missam. Sed in huius locum primo eam, quae Mesiae fata nos legere iubet, ac postea alias hodie in primis celebres subflituro haud parvus dubiorum succrevit numerus. Et haec sunt, quae ad hunc diem usque me angunt, quaeque adeo, ut quid eorum sit verum, quid falsum, probetur, non sunt reticenda. Quapropter rei peritiores, ne iuvenem tironem nec mori-

monitoribus asperum, amice consulentem dedigentur, etiam atque etiam rogo. Cuius voti ubi compos factus fuero, audacem pedem lubenter referam.

Principio obstat, quod *cum ipso obiesto interpretandi methodus IMMUTATUR*, si ad hominem quandam *historicum* hoc oraculum spectare putamus. Etenim, hoc posito, in prima parte *verbis propriis* ac *sensu literali* fata Christi, ut in hoc subsistamus, enarrata arbitramur; alteram autem partem *inproprei* et *allegorice* de fatis et effectu non *Christi redi vivi*, sed eius *doctrinae* interpretetur necesse est. Quomodo enim fieri potest, ut inde a medio v. 10. c. LIII. omnia verba et dicta proprio et grammatico sensu, uti in prima oratione fieri solet, ad Christi *personam* aptentur et accommodentur?

*Alterum* incommodum, quod nos premit, si hoc oraculum e. g. ad Messiam proxime pertinere statuimus, est *fluctuatio atque inconstans in interpretanda voce רְבָנִים*. Namque hi erunt c. LII, 14. populi exteri; c. LIII, 11. Hebraei; v. 12. exteri, et sub finem eiusdem versus iterum Hebraei; vide sis notata ad v. 11. Quo minus autem exteris nationes et hebraeam in hoc sententiарum nexus coniunctas medio capite habeamus, vetat omnis Hebraeorum antiquitas. Sed conjugamus eas, quid efficitur? Violenter discinditur nodus, in cuius locum multi alii visu faciles succedunt. Iam vero *רְבָנִים* v. 11. sint Hebraei, quaenam inde sententia exit? *Christus multos Israelitas expiavit ac sospitavit; quare ego eum multorum ac magnorum populorum viatorem ac principem constitua*m. Ubinam, quaeſo, hic est medius terminus, quem vocant? ubi vis ac nervus probandi? Profecto, niſi multas res hinc illinc collectas artificiose interposuerimus, nunquam invenietur ulla copula et ullus transitus inter sententiam praemissam et, quae inde rationem colligit, subsequenter. Huc

deinde accedit, quod, si solos Hebraeos per Prophetam sermocinan-tes audimus, ad *hos solos etiam reddit ac pertinet meritum Christi*. Quomodo autem hoc, niſi multa et subtili arte adhibita, cum doctrina de *universalitate* meriti Christi, et cum huius ipsius hac in re saepe ac gra-viter dictis congruit atque conspirat?

*Denique* vero in *ipsa historia et vita Christi* multa inveniri possunt, quae interpretationi vulgari haud favere videntur. Quomodo enim fieri potuit, ut ille divinus atque omnium longe sapientissimus doctor, qui suorum temporum aequaliumque ratione prudenter habita semper, ubi res per-mittit, veteris testamenti auctoritate inniti studeat, tamen, ubi de morte sua

sua redituque in vitam disserit, ad hunc locum, qui quidem, si ad ipsum proprie ac proxime spectaret, eius causae egregie et omnium maxime inservire potuisset, nunquam diserte provocaret? Quomodo, quaeſo! fieri potuit, ut eius Apostoli ac discipuli, si in hoc loco ultima fata Messiae relata legiſſent, audientes Iesum de his ipsis diſſerentem unanimiter fuſurrarent: Οὐκ οὐδὲμεν, τι λαλεῖ? utque, si ex hoc Iefaiæ vaticinio iam dudum praefiſſent, aliter haud fieri posſe, quām ut Meſſias mortem ſubbeat, tamen ſub ipsam Iefu internectionem eorum fides ac perſuaſio de eo, vero Meſſia, ſolicitaretur ac labefactaretur? id quod ipsis fa-  
pius fatentur e. g. Luc. XXIV, 20. ſq. παρεδόθαν αὐτὸν εἰς ιησοῦς θάνα-  
τον, καὶ εσταυρώθαν αὐτὸν ἡμεῖς δὲ ηλπίζομεν ὅτι αὐτὸς εστιν ὁ μελ-  
λων λυτρωτὸς τῶν Ιουδαίων. Quomodo denique fieri potuit, ut caete-  
rorum Iudeorum multitudo, ubi ex hoc oraculo Meſſiae eſſe, ut mortis ſupplicio afficeretur, tenuiſſet, tamen pro certo habēret, per ipsam Iefu caedem eius dignitatē Meſſianam plane eſſe deſtructam et abolitam?  
utque poſtea eius ſupplicium ipsis eſſet σκανδάλον et impediſtum, quo  
minus ei, vero Meſſiae, nomen dare vellent? Hi tamen verae exegētēs  
haud gnari fuerint, cur autem Apostoli, qui Iefu mortui ac redivivi di-  
gnitatē Meſſianam ſaepiſſime ac graviflīme inculcant; nostri capit̄is hac  
in re ex vulgari opinione primarium locum v. 8 et 10. ne verbiū quidem  
tangunt? Namque omnino nil faciunt, niſi ut interdum hanc vel illam  
locutionem, quam memoria ſponte ſuggerat, in uſum convertant  
ſuum et, alio tamen ſaepe ſenſu, quam quo Propheta eam protulit (v. c.  
Matth. VIII, 17. coll. Ief. LIII, 4.), ad tempora ſibi praefentia applicent;  
I Petr. II, 22. 24. coll. Ief. LIII, 5. 9. de quibus et caeteris ex hoc cap. in  
N. T. translatis uti et de loco ſupra laudato Luc. XXIV, 20-27. cf. Ek-  
kermann theol. Beytr. T. I. Memoratum tamen p̄ae aliis dignus eſt lo-  
cus, qui extat Act. VIII, 32-35. ubi, si Philippus Iefaiām de Iefu Meſſia  
proprie ac proxime vaticinatum eſſe credidiffet, ſane eum; uti deſi-  
nите vir Aethiops quaefierat: περὶ τῶν ὁ προφῆτης λέγει, περὶ ἑαυτοῦ  
οὐ περὶ ἔτερον τίνος; ita deſiňte respondere decebat: περὶ τοῦ Χριſτοῦ,  
ὅς εστιν Ἰησοῦς, ὁ απόθεατος κ. τ. λ. aut ſimiliter. Sed referente Luca, Phi-  
llippus tantum orationis ſuae filium ex hoc loco deducebat ad eum edocendum,  
quid Iefus tradidiſſet ac feciſſet αξέχαμενος (λαλεῖν) απὸ τῆς γέας ταῦ-  
της, εὐηγγελιſατο αὐτῷ τὸν Ιησοῦν. Haec et alia, de quibus nuperri-  
me prolixius diſputavit Paulus (philol. Clavis über das A. T. Ief. p. 359.  
ſq.), mihi quidem perſuadent, ut interpretationi hoc libello propositae  
Novum Testamentum niſi tacite aſſentiatur ac ſuſfragetur tamen non ob-

fit atque contradicat. Vix igitur dubitare possum, quin ea, quae disserere ausus sim, quanquam non auspice Minerva dicta sint, tamen veritatis quandam habeant speciem, si hermeneutices primariae leges mecum faciunt; si natura atque indoles temporum, quibus Noster canebat; si mores atque cogitationes hominum, quibuscum vivebat et colloquebatur; si caeterorum vatum scriptorumque consuetudo et effata; si denique novi Testamenti consentiens auctoritas! Attamen ubi erraverim, bona fide erravi, nec meliora edocet in errore perstabo. Et, si auctoritati standum est, qui viri sunt ac quanti, qui hoc idem Iesaiæ oraculum vel de populo seu regno hebraeo, vel de quibusdam singulis hominibus, minime vero de Messia, et olim et nuperrime interpretari fortiter annisi sunt! Unde iam dudum factum est, ut haec prophetia in demonstranda religiosis christianaæ veritate contra adversarios omni vi et acie careret. Insuper autem probe scimus, id generis vaticinia nobis, qui hodie vivimus, proxime non esse scripta atque lata. Namque nos omnes, qui eodem sincero animo eademque firma persuasione salutiferae doctrinae Iesu Christi, divini sospitatoris, adhaeremus, hanc nostram fidem plane aliis argumentis ac fundamentis superstructam habemus; cf. praeter alias Doeberl. Inslit. theol. christ. t. II, p. 194. sq. Eckermann in fronte libri: Theol. Beyträge, T. I. Henke in Lineament. inslit. fid. christ. VII. VIII. CIII. CIV.

His igitur fretus, OMNES HARUM RERUM PERITOS, quos tacito pectore summopere veneror, mihi in hoc Iesaiæ vaticinio explicando ab ipsis dissentienti, bonam datus esse veniam, confidenter spero. Praeterea cum non sit huius libelli speciminis loco propositi ea natura, ut *num prematur in annum*; cum in eo permulta dicta sint, quae solis in scriptis huius generis locum habent; cumque in primis id non sit aetas meae, ut orationem verbosiorem compescere et omnia ad unguem perficere possit: ideo, quantumvis

*Multae sint maculae, quas aut incuria fudit,  
Aut humana parum cavit natura —*

has tamen precor, temporibus, has iuveni, quem ERUDITORUM UMBRAEULA adhuc delectant, facile condonetis.

Fd 5611

ULB Halle  
002 715 18X

3



PA 30C

VD 17

NC





IESAIAE

ORATIONEM PROPHETICAM

CAP. LII, 7 - LIII, 12.

EXPLICARE STVDVIT

CAR. GEORG. SCHVSTER.

GOTTINGAE

LITTERIS IOANNIS GEORGII ROSENBVSCHE, ACAD. TYPOGRAPH.

MDCCXCIV.

